



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Catena Temporum

Andrian, Carl

Herbipoli, 1698

Series XI. Nova inventa & artifices nobiles

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65485)

Scaliger, Faber, Ciacconius, Sigonius,
Gesnerus, Vignereus, Mazonius, Philol.
Demetrius Chalcondilas Græcus, Ze-
nobijs Acciaiolus, Despauterius, Varrhi-
us, Doletus, Clenardus, Alvarus Gramm.

*Hoc tandem a vo reviviscere coepit lingua
Latina.*

☉☉ *Sæc. XVII. à 1600 ad 1700.* ☉☉

Lipsius, Goltzius, Calaubonus, Scaliger
fil. Jacobus Pontanus, Raderus, Panciro-
lus, Sirmondus, Gietferus, Emmius, Ma-
julus, Bertius, Keckermannus, Schottus,
Salmasius, Bulengerius, Scioppius Gerar-
dus, Joan. Vossius, Dionys. Patav. Cerdæ,
Abrahamus, Octav. Ferrari: Montchalus,
Leo Allatius, Donatus, Joan. Baptista Fer-
rari: Nardin: Du Fresne, Huetius, Philol.
Sanctius Brocens, Vossius, Monetus, Golig,
Scioppius, Menagius, Gaudinus, Gramm.
Galli & Angli Patriæ linguæ expolien-
dæ dant operam.

Nunquam solertiùs & feliciùs antiqui-
tas illustrata est.



SERIES UNDECIMA.

Nova inventa & artifices nobiles à
Christo nato ad 1698.

☉☉ *Sæculum I. à 1. ad 100.* ☉☉

The

Theriaca ab Andromacho Cretenfi inventa.

Vitri flexilis temperamentum Tiberio Principe excogitatum, sed ejusdem jussu tota cum artifice officina abolita, ne pretium æris, argenti, & auri metallis detraberetur. *Plin.*

Quinquennalia certamina Romæ celebrata in Neronis Principatu, in his ut cætera mittantur, poëta victor æneo vase & coronâ donabatur, ut liquet ex nummo apud Tristenum.

Ludi Capitolini sub Domitiano 85.

☉ ☉ *Sæculum II. à 200. ad 300.* ☉ ☉

Quanti hoc ævo forent nobiles artes colligere licet ex eo, quod Dio narrat de Hadriano in vita ejus.

Hadrianus celebres quosdam & excellentes artifices, quos æquare non poterat, subvertit, alios ceu studiorum & artium æmulos interfecit, cupiens nimirum omnes in quacunq; arte & disciplina superare.

☉ ☉ *Sæcul. III. à 200. ad 300.* ☉ ☉

Artes omnes bellis ubique terrarum sævientibus languent.

☉ ☉ *Sæcul. IV. à 300. ad 400.* ☉ ☉

Magnus Constantinus primus vexilla novat Signo Crucis,

Indi

Indictiones institutæ abrogatis Olympiadibus 312. sive 313.

Aureus numerus excogitatur an. 325.

Auræ coronæ primus inter Cæsares utitur Constantinus post Imperij sedem Constantinopolim translata.

Venatio accipitrum inter Romanos vel Constantini vel Theodosii senioris ævo initium habuisse videtur. *Vossius.*

Flavius Dexter primus annos numerat à Christo nato in fine sæculi.

☉ Sacul. V. à 400. ad 500. ☉

Ratio glutinis Athenis inventa, Arcadio Principe, per Philistium, cui, quòd reipublicæ plurimum profuisset, statua posita est.

Gothi ubi semel Italiã positi, cum omnia in armis ponerent, nobiles ab ea artes eliminãrunt, quamvis eas alere Theodoricus Rex, teste Cassiodoro, conaretur.

Amalasuatha Theodorici filia post mortem Patris Amalarici filij tutrix frustra Gothos suos ad litterarum & artium nobilium studium pellicere conata est.

☉ Sacul. VI à 500. ad 600. ☉

Specula ænea uistoria Proeli inventũ 514.

Horologium machinale his, quibus utimur, haud abfimile, primũ à Boëtio in turri Ticin. ad inventũ aliqui suspicantur.

Serici ex bombycum ovis conficiendi

Q

ratio

ratio innotescit per Monachos ex India
appulso 557.

M. Aurelius Cassiodorus horologia mi-
ræ artis, & lucernas semper ardentis ha-
buisse traditur.

☉☉ *Sac. VII. à 600. ad 700.* ☉☉

Ignis Græcus Gallinici inventum.

Sabinianus Papa horas diei tintinnabu-
li sonitu primus distinguit.

Mahomete à Mecha fugiente an: 622.
incipit Hegira, hoc est annorum lunari-
um apud Arabes supputatio, ab ea fugâ.

Æra Isdegerdis ab ejus obitu 632.

S. Eligius antequam Noviomensi insulâ
donaretur, aurifaber per Galliam celebris
fuit. Extat adhuc ejusdem opus, nobile
Mausolæum S. Martini Turonen: Episcopi.

☉☉ *Sac. VIII. à 700. ad 800.* ☉☉

Putant aliqui hoc sæculo inductas se re-
as equorum soleas, quamvis Fabretus in
Syntagmate ad Columnâ Trajani id negat.

Constantinus Copronymus Pipino regi
organa, in Galliis non ante visa, dono mittit
an. 757. Sigebertus.

Zacharias Hierosolymitani Regis lega-
tus Carolo M. S. Sepulchri, Calvaria &
Olivetis claves cum vexillo defert 800. Egi-
warto. invita.

☉☉ *Sæculum IX. à 800. ad 900.* ☉☉

Legati Persarum Regis Carolo Magno
plane-

planetarium horologium affabrè admodum constructum ferunt, quod ab Eginartha in ejus vita describitur.

Ufus cognominum scribendorum apud Arabes cæptus, inde traductus ad Hispanos, ac denique ad Francos, Italosque. *Henschenius tom. 7. Maij pag. 793.*

Viguerat in Italia cognominum usus, qui à Longobardis sublatus, magno historiæ damno, quæ inde facta fuerat obscurior, XI. tandem sæculo restitui cæpit.

☉☉ *Sæculum X. à 900. ad 1000.* ☉☉

Primordia feudorum, ut vocantur sub Carolo Simplici in Francia & in Germania sub Conrado I.

Hastiludia sive ut vulgus appellat, torneamenta primùm usurpata ab Henrico Aucupe an: 938.

Gentilitia familiarum insignia occasione dictorum ludorum primò fixa & certa.

Typographiam hoc sæculo primò à se inventam Sinæ gloriantur.

AGereberto Monacho, qui postea Silvester II. horologium Magdeburgense constructum est, in quo conspicua erat stella Polaris.

☉☉ *Secul. XI. à 1000. ad 1100.* ☉☉

Exolescente extremi iudicii metu, quo multi deterriti, tanquam in fine sæculi XI. instantis, omnia neglexerant, artes iterum coluntur.

Notæ

Notæ Musicæ ut, re, mi, fa, sol, la, à Quiddone Aretino Card. excogitata. Sacchari cocturam, Cassiæ fistularis, Rhabarbari Mirabolani & Tamarindæ usum medicina docet Avicennæ.

Desiderius Ab. Casin. vocatis ex Græcia peritissimis, ut ea ferebant tempora, artificibus, curat artes nobiles in Italia restitui, Ostiensis.

☉ ☉ *Sæcul. XII. à 1100. ad 1200.* ☉ ☉

Bombycinæ vestes captivatis Græcis artificibus orbi occiduo innotescunt, agente Roderico Siculo.

Caroccium præcipuum olim apud Italos in bello vexillum, à curru cui imponit solebat, appellatum, hoc sæculo ab Archiepiscopo Mediolanensi Heriberto inventum putant aliqui, sed ejus usus videtur multis antiquior.

Vino excoqui cæpère cadavera, ut ossa possent à carnibus facilius separari, vetuit id postea sequenti sæculo Bonifacius VIII.

Triboccus, militaris machina celebris olim, apud Germanos primò apparuit in expeditione Thuringica sub Othone IV. Genebrardus.

☉ ☉ *Sæc. XIII. à 1200. ad 1300.* ☉ ☉

Insigne tentorij inventum ad Fridericum Imperat: à Sultano missum, in quo solis & Lunæ imagines artificii motu cursum suum cer-

certis spatiis peragebant, & diei noctisque horas designabant.

Conradus Shirensis Chronologus, ex Mabillonio, in Germanico Itinerario, aliorumque suspitione, aliquem optici tubi usum habuisse videtur.

Conspicilia ad oculorum laborantium subsidium, vel inventa, vel ostensa ab Alexandro Spina Dominicano.

Qui id veterum inventum ex Plauto putant, falluntur.

☉☉ *Sac. XIV. à 1300. ad 1400.* ☉☉

Utilissimum acús nauticæ inventum per Flavium Gioiam Amalphitanum 1303. Vossius, Labæus & alij qui Melphim ab Amalphi non distinguunt, Ioannem Goiam vel Giram Melphensem appellant, sed iis qui accuratius indagârunt distinguendus videtur.

Æra in Aragoniâ abrogatâ, inductâ à Christo numeratione 1358. ut mox in Castella 1383. in Lusitania 1415.

Bombardas & pulverem nitratum Bertholdus Niger Germanus invenit an. 1380.

☉☉ *Sac. XV. à 1400. ad 1500.* ☉☉

Artem per æra cælata multiplicandi imagines invenit sub initium sæculi Thomas Finiguerra aurifex Florentinus, quem imitatus est Baccius Baldinus, sed utrumque superavit Antonius Pallajolus.

Typographia inventa Argentinae 1440

à Joanne Guttenbergio, seu ut alii malunt
Moguntia à Joanne Faustio 1452.

Culi sunt primùm Augustinus de Civitate
Dei S. Lactantius Firmian. *sic multi scribunt.*

Typographi inter primos florêrunt: Zeld-
lius, Jenson, Amerbachius, Frobenius, Opor-
rinus, Wecheli, Jodoc. Badius.

Petrus Navarrus cuniculos nitrato pul-
vere primus replet sæculo 15. in finem in-
clinante.

☉☉ Sec. XVI. à 1500 ad 1600. ☉☉

Navigatio circum orbem terrarum pri-
mò facta an. 1519. NAVI VICTORIA, cui præ-
erat Ferdinandus Magellanus Lusitanus,
eoque mortuo navem reduxit Joannes Se-
bastianus Ganutus Cantaber an. 1522. *Ofert.*

Ejusdem navigationis gloriam hoc eodem
sæculo tuê. e alii tres, duo Angli Franciscus
Dracus, Thomas Candiscus, & unus Bata-
vus Oliverius Vandemort.

Orichalchum factitium excogitatur. Itê
Aquæ fortes ut appellant inventæ.

Reperta Cupella seu vasculum ex osse bu-
bulo ad auri & argenti purgationem.

Florent typographi insignes, Manutii
tres, Plantini, & tres Stephani.

☉☉ Sec. XVII. à 1600 ad 1700. ☉☉

Telescopium sub initium sæculi inventum
à Galilæo, qui Veneto Senatui primus
ostendit.

Macu-

Maculae in sole deprehensae an. 1611. à Scheinero. Videatur Rosa Ursina.

Circulatio sanguinis asserta ab Harvæo.

Magno Nauticae rei commodo Angli aquam è salsa dulcem facere coepere artificio caeteris gentibus adhuc ignoto.

Acustica tuba ad vocis propagationem inventa.

Typographi insignes Blaen, Jansonius, Elzevirii, Regia Parisiis praela nobilissima.



SERIES DUODECIMA.

Urbium natales, architecturae opera illustria à Christo nato ad an.

1698.

☉ Saeculum I. à 1. ad 100. ☉

Caesarea Philippi ad fontes Jordanis condita an 12.

Colonia Agrippina Germanici, Caesaris opus 15.

Ratisbona olim Imbriopolis 32.

Portus Romanus ad Ostia Tyberis, Claudio Caesare 42.

Fossa Corbulonis inter Rhenum & Mosam, 47. Canalis est à Rheno derivatus per Corbulonem spatio 23. M. Pass. Mosa congregiendi ad Crimpum pagum.

Augu-